Johannes Comes De Craufurd, Joannes Comes
De Rothes, David Comes De Leven, Dominus
Robertus Douglas de Glenbervie, Dominus Thomas
Bruce Hope De Craighall, Equites Baroneti, et Magister
Thomas Hope De Rankeilor, Coram Senatu apud Scotos
Supremo Causarum Patrono.

Omnibus, quorum hoc scire intersit, Per Præsentes hasce Literas testamur
Dominum Archibaldum Glover, Nunc (ut nobis nunciatur) Machinar-
=um Bellicarum ad Camenciæ urbem in Podoliæ finibus Sitam Præfecti Legat-
=um, filium Legittimum esse Demortui Domini Thomæ Glover, non ita Pridem
Comarchi seu Domini De Carskirdo, de Gladney, et de Ballullie, Prædijs, in
Vicecomitatu de Fyfe (Antiquissimi Regni Scotiæ Provincia Celeberima)
Jacentibus: Qui Demortuus Thomas Glover, In Liberorum Baronum Conventu
ad Viros (quos parliamentarios appellant) qui provinciam in Comitijs Regni
Representarent Eligendos Honorabili Suffragandi Potestate Pollebat.

Datum, et Sigillis Nostris Obsignatum, Anno Humanæ Redemptionis
Millesimo Septingentesimo Vigesimo tertio, Atque Die mensis Septembris
trigesimo.

Douglas.
Craufurd
Bruce Hope
Rothes
Leven
Tho: Hope de Rankiller

1

Apud Cuparum Vigesimo Die mensis Augusti Anno
Domini Millesimo Septingentesimo vigesimo quarto
Recordat. in Libris Curia vicecomitat. De Fyfe
Per me Wm Horsbrugh Clk

Przyb 75/68 = Dypl. 458

7